



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

S. Fabiani & Sebastiani Martyrum festo Paraphrasis Epistolæ B. Pauli ad
Hebræos XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Matth. 11.

Atque ita necesse est, vt qui in religione Deo strenue seruiert, iugiter Domini suave & onus leue fortiter tulerit, vtoraq; sua debite persoluerit, ipsa recte transacta vitæ conscientia, non solum non trepidet, sed etiã magno opere aspiret, securusq; pergat ad mortem. Non enim est alia ad Deum videndum ac fruendum via, nisi corporis dissolutio. Quam felix mens, que vbi moriendum est, Christo se vixisse, Christi q; vestigia sectatam gratulari potest, & spretis mundi inanissimis gaudijs, cum Christo & sanctis omnibus gaudet se per arctam salutis viam, & angustam portam ingressam esse. Nona deniq; vitæ monasticæ utilitas est, quod illius cultor copiosus à Deo recipit præmium. *Vnusquisque mercedem accipiet, ait Apostolus, secundum suum laborem.* Et: *qui parce seminat parce & metet.* Si ergo, quod nemo negare potest, in religiosis cœnobijs plures maioresq; pro Deo & virtute labores suscipiuntur, quam ab hominibus in mundo viuentibus, dicere ferè semper ex obedientia, non propria voluntate, qua vt plurimum decuntur etiam qui bene viuunt in mundo, quis illis audeat maius negare præmium apud Deum? Certè æquissimus humanarum actionum examinator, ac iustissimus remunerator, nec minimum aliquid ipsius amore gestum vel toleratum, sua mercede fraudabit.

Matth. 7.

Lucæ 1.

Item à quâ

magnificum

recipi vere

religiosus

post mortē.

1. Cor. 1.

2. Cor. 9.

Parces pro-
hos non de-
bere proles
impedire ab
ingressu re-
ligionis.

Ergo dilectissimi cognitis hisce sanctæ religionis monasticæ commodis, in eam quæso curam incumbite, vt ne vos vnquam illius odio ab sceleribus hominibus inflammari patiamini: & si qui vobis filij aut filie sunt, quos delectet seruire Christo, & institutum aliquod monasticum amplecti, illis non solum non impediat, quod faciunt multi summo cum periculo ac pernicie sua, & prolium suarum, sed etiam adiumento illis sitis, vt tam salutare animi propositum possint exequi. Quod certè vobis summam apud Deum conciliabit gratiam, & in ipso mortis articulo non parum præstabit fiduciam, quod scilicet proles habeatis, quarum precibus apud Deum vos iuuari posse non dubiteris. Tales enim plurimum pro suis parentibus orant, & sæpe illis obtinent à Deo, quod nunquam ipsi impetrassent, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

IN FESTO S. FABIANI ET SEBASTIANI
martyrum. Epistola B. Pauli Apost. ad Hebr. Cap. XI.



Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adieci-
sunt repromissiones. Obstrauerunt ora leonum, extrinserunt im-
petum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmi-
tate, fortes facti sunt in bello. Castra vicerunt exteriorum: acci-
perunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem as-
senti sunt, non suscipientes redemptionem, vt melior em inuenirent resurre-
ctionem. Alij verò ludibria & verbera experti, in super & vincula, & car-
ceres. Lapidati sunt, sceltri sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt.
Circumierunt in melotis, in pellibus caprimis, egentes angustiati, afflicti: quibus
dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & spelun-
cis.

in cavernis terra. Et hi omnes testimonio fidei probati, inuenti sunt in Christo Iesu Domino nostro.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Illustres martyrum triumphos, & rosei partis effusione sanguinis victorias gratulabunda celebra Christi Ecclesia in laude Dei, ut & sua satisfaciatur deuotioni & sanctorum tum exemplis incitetur, tam meritis ac precibus adiuetur ad eorum sectanda vestigia, quibus certe ingredi nemo potest, nisi magna Dei ac diuinæ gratiæ suffultus ope. Recitat autem eadem sancta ecclesia mater nostra in martyrum natalitijs lectionem admodum congruam, ex D. Pauli ad Hebræos epistola extractam, ubi graphice S. Apostolus militum Christi & amicorum Dei certamina, labores, pericula, cruciatus afflictiones, vexationes que depingit: non aliam sanè ob causam, nisi ut qui ad illorum quandoque consortium & certam beatitudinem perungere cupiunt, prius nouerint eodem ex calice sibi potandum esse, vnde & illi biberunt ut exhausto passionum & afflictionum poculo, quo ceu amara quadam, sed purgatoria potione penitus ab omni fæco repurgentur: deinde ad plenissimam sempiternæ vitæ salutem ac incolumitatem procehantur. Non enim *cor orabitur, nisi qui legitime certauerit*: nec decet sub capite spinis compuncto & coronato, membrum esse molle ac delicatum. At ergo sanctus Apostolus: Sancti martyres alij, amici Dei per fidem in Deum regna expugnarunt, ut Iosue & Dauid, pluresq; alij. Item tempore gratiæ plures alij sancti vicerunt regna, etiã amplissima, quãdo ea ad Christi fidem tradiderunt, & Christianæ religioni subdidere, vel etiam quãdo omnia tormentorum genera à gentibus illata pro Christi fide superarunt. Operati sunt & executi iustitiã, ut fidem suã sanctis operibus testarentur esse germanam atq; religiosam, non qualis est eorũ, qui se dicunt nosse Deum, factis autem negant, qui Christum & Euangelium ore iactitant, sed vita ac moribus persequuntur. Sancti autem ut essent imitatores Dei, sicut filij charissimi, iustitiã Deo gratissimam coluerunt, peccata fugiendo, & semper rectè ac iustè agendo, præceptisque Dei & consilij obtemperando: atque ita adepti sunt repromissiones, id est, consecuti ea que Deus pollicitus est sibi ex animo feruentibus. Siquidè honorũ operũ gloriosus est fructus. Et iusti omnes, qui hic vitam agunt Deo placitã, fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Impij autem, qui hic nolunt diuinæ gratiæ cooperari, sed suis indulgent affertib; mittentur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Preterea sancti obtulerunt ora leonum, ut Sampson Dauid & Daniel, & multi martyres Christi, qui signo crucis edito, immanissimos leonũ impetus fregerunt. Ac si ad mysticũ respicias sensum, obturarunt sancti ora leonũ, quando demonũ pestiferis persuasionib; viriliter resisterunt, atq; eos ex simulacris respõsi reddere prohibuerunt. Exinixerunt quoq; impetum ignis, siue corporaliter nullam ex flammarum incendio sentiendo molestiã, siue spiritualiter vitiorũ ætium cõprimendo, ut etsi sentirent acres vitiorũ impugnationes, non tamen ex consensu vrerentur. Effugerunt aciem gladij, quandoq; ex rationis præscripto, ubi nulla erat spes alios lucrifaciendi, impiorum persecutiones declinando, quod fecit Helias, & multi alij, non timore mortis,

Diuorũ martyrum certamina & tribu-phi cur nobis ob oculos constituantur.

Tim 2.

Ios. 6. 8. 10.

Tim 2.

Ephes. 5.

Sapient. 3.

Matth. 11.

Matth. 8. 13. & 25.

Judic. 4.

1. Reg. 17.

Dan. 6. 14.

Leosum ora obturare qd mysticè significet.

3. Reg. 19.

VI
22

sed quia sic ex instinctu Spiritus sancti aliter Deo placere, vel nondum adesse tunc vel tempus vel genus martyrij sui videbant. Vel certe, quemadmodum vetustus & communior textus habet, Effugauerunt aciem gladij, hoc est, hostium aciem habentium gladios acutos; vel, exercitum accinctum gladio, in fugam dederunt, vt fecerunt in veteri testamento frequenter Iolus, Gedeon, Dauid, Machabæi, alijque complures: in nouo autem testamento hoc ipsum fecerunt penè innumeri Catholici Imperatores, reges & principes. Conualuerunt de infirmitate, diuina virtute etiam post immanissimos cruciatus pristina restituti incoluntati: quod multis martyribus euenisse certum est. Fortes facti sunt in bello, tam externo cōtra hostes visibiles, quā spiritali contra vitiorum & dæmonum impugnationes. Nunquam enim desunt pijs certamina, quibus probentur, vtrum Deo fideles sint nec ne. Castra vertunt exteriorum, non solum hostes corporeos in fugam vertendo, sed etiam inimicas dæmonis, carnis & mundi acies penitus profligando. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, excitatos meritis & precibus sanctorum vtriusque testamenti. Alij dissentiunt, & in eculeis dixerunt, nec tamen pœnas euadere voluerunt: quod quidem potuissent, si impie consentire voluissent, vt quandoque ad æternæ vitæ capeffendam hæreticitatem possent resurgere. Non enim volebant breuibus licet duris subterfugiendis doloribus amittere cælestis patriæ nunquam deseuram beatitudinem, & æternos mereri cruciatus. Alij verò ludibria & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres, instigante maligno spiritu vasa sua homines impios, vt varijs tormentorum generibus sanctos à Deo abstraheret. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt varijs modis, tam blandis, quam asperis. Nihil est enim aliud vita hominis, quam tentatio super terram: & necesse est diuersas perpeti tentationes eos, qui volunt cum Christo per omnia tentato & probato in cælestibus triumphare. In occisione gladij mortui sunt, libentissime Dei amore vitam contemnentes temporariam, tantumne agerent contra præcepta Dei. Satius est enim vitam amittere, quam impie vivere. Circumierunt in melotis, id est, pellibus ouillis: itemque capris pellibus, sicut & sanctus Ioannes Baptista camelorum pilis tegebatur. Sancti enim norunt hic se exules degere ob peccata: itaque contemnunt molles corporis voluptates, & aspera tanquam exilio magis congrua amplectuntur. *Quæstus molli bus vestiantur in domibus regum iuniorum*, id est, in mundo hunc emuliant potius, quam Christo. Atque insuper in summa hic rerum omnium inopia sancti vixerunt, multis pressi angustijs, & vehementissimè foris ac intus afflictis: quibus tamen dignus non erat mundus ob eorum exempli similitudinem. Et hodie beati prædicantur, quibus omnia ad votum succedunt, quibus nihil occurrit aduersi, sed læta & iucunda eueniunt omnia. Verum hic falluntur miseri. Tanto enim quisque Christo dissimilior est & amissibilis illius, quanto hic magis affluit præsentis vitæ voluptatibus. Sed & in solitudinibus errarunt sancti, persecutorum rabiem fugientes, atque inibi vitam miseram, quod ad carnem attinet, agentes & Domino nocte ac die studiose semè famulantes: vagantes in montibus, & in speluncis atque cauernis terræ sese abscondentes, vt liberius cælestia meditarentur. Et hi omnes testimonio fidei probati ac fideles inuenti sunt in Christo Iesu Domino nostro, pro-

Electis Dei
nonquam ob
esse certamina
quibus
probentur.

Job 7.

Math. 3.
Mat. 11.

Math. 11.

cuius amore & fide libenter omnem presentis vite miseriam tolerarunt, ut in eius membris possent annumerari. Et nunc post breues exilij perpassos labores, viuunt felices cum Christo: contra vero persecutores eorum, & impij omnes huius mundi voluptatibus dediti, protrusi sunt in ignem æternum, ut illis semper malè habeant, qui hic noluerunt exiguos pro Christo & pietate labores perferri.

EXEGETIS EVANGELII EIUSDEM FESTI

Luca vigesimo primo.

Dominus noster Iesus Christus omnium martyrum caput & princeps, ac signifer filij charissimi, in huius diei Euangelio suis martyribus prædicit primo quidem calamitates, bella, aliaque huius mundi mala: deinde persecutiones, quas ipsi pro eius nomine perpetuerentur, ut eos ad mundi ac omnium rerum mundanarum contemptum accendat, & ad mala mundi, & hominum impiorum iniurias fortiter perferendas bene instructos & animatos reddat. Minus enim feriunt iacula præuisa. Vbi animaduertimus pijsissimi Saluatoris erga electos suos summam charitatem ac beneuolentiam, qua ferre non potuit, ut improuisi ab hostibus impeterent: sed longè ante voluit esse præmonitos, ut sese commodius præpararent, & annos suos aduersum impendentes inimicorum insultus confirmare possent. Ait ergo:

Gregorius.

Quum audieritis prælia & seditiones, nolite terri. Oportet primum hæc fieri: sed nondum statim finis.

Mundus iste, id est, homines mundo huic dediti nunquam possunt quiescere, nunquam vera pace & tranquillitate gaudere. Quare hoc? Quia contempto aut posthabito Deo, spreteque bonis cælestibus, totos sese ad terrena conquirenda, ad opes cumulandas, ad capeffendos honores transferunt. Inde ergo necesse est varijs eos flagrare cupiditatibus: quæ quum sint inexplebiles, innumeras vitiorum perturbationes in miseris excitant: sicque fit ut quoties alij vident se ab alijs vel diuitijs, vel potentia, vel honoribus superari, torqueantur inuidia, cupiantque & nitantur illis se exæquare, imo etiam excellere. Hinc iam oriuntur bella inter reges & principes: & seditiones in ciuibus: dumque putant felices se fore, si suis cupiditatibus obsequentes, victoria potiuntur, non intelligunt miseri, se ea ratione non ad felicitatem propius accedere, sed multo longius ab ea remoueri. Qui si forte sua contenti viverent, discerentque vitijs & cupiditatibus suis dominari, iam planè in humanis rebus pacata essent omnia. Sed quia impij semper ut mare feruent, varijs exagitati perturbationibus, necesse est crebra ac penè perpetua in terris bella existere, seditionesque grassari, ut se mutuo affligant, vexent, perturbent, qui ab illo summæ pacis ac suauissimæ tranquillitatis fonte Deo sese abiungunt, & cordibus ac animis terræ affigunt.

Bella & seditiones unde oriuntur.

Esaiæ 57.

Itaque Dominus hortatur martyres suos, ut auditis prælijs, quæ sunt hostium, & seditionibus, quæ sunt ciuium, non terreantur. Oportet enim Deo ob hominum castiganda flagitia iustè id permittente, hæc primum fieri: sed nondum statim finis, donec sit mundi finis, & impij pacis inimici in carcerem tar-

Et dum
contemnen-
di ac fugien-
di ratio qua.

rem tartareum simul omnes demergantur, atque illic summo odio & acer-
bissima animorum dissensione sese inuicem sine fine affligant: electique om-
nes illis ablatis, summa & æterna ac imperturbabili pace fruantur cum
Deo Patre & creatore suo. Siquidem tum demum, non ante, finis erit bello-
rum ac seditionum & malorum omnium. Atque hæc non minima ratio
est mundum contemnendi, quod semper calamitatibus ac tumultibus ple-
nus sit: quod tamen pro dolor cæcis hominum mentes ab illius amore a-
uellere non potest.

Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum
aduersus regnum: & terræ motus magni erunt per loca, &
pestilentia & fames: terroresque de caelo, & signa magna e-
runt.

His verbis Dominus, quod prius generalius dixerat, specialius exprimit.
Et reuera nos hodieq; experimur hæc ipsa omnia, quæ tum à Domino præ-
dicta sunt. Continuis Ecclesia bellicis cladibus affligitur, & Christiani in
Christianos plusquam leonina feritate incurrunt, & quasi non satis multos
habeat Ecclesia hostes externos, intestinis atteritur bellis, ut nihil iam aliud
superesse videatur, nisi, ut ipse Dominus ait *regnum istud in seipsum diuisum penitus
desoletur*. Verum inter hæc pro omnes animis in Deum erectis, consolari sese
debent, quod mala isthæc non solum non æterna, sed nec diuturna sint fu-
tura. Seminant interim in lachrymis, & euntes eant ac lugeant cum sanctis
omnibus, postea in gaudio messuri. Si qua patiantur temporalis substantiæ
detrimenta, ferant ut poterunt, certi se aliam habere hæreditatem, quam
nullus eripere queat. Hæc autem omnia, quæ hic Dominus commemorat,
puta bella, terræ motus, pestilentia, fames &c. nihil sunt aliud, quam
amantissima optimi creatoris comminationes, & vera paternæ castigatio-
nes, quibus id solum optat efficere, ut tamen quandoque calcatis vicijs res-
piscamus, & suæ voluntati morem geramus. Alioqui sane non delectatur
miserijs & afflictionibus nostris. Sed quia videt prosperis successibus nos
nimium seduci, & ad perpetranda mala plus satis procliuem reddi, subinde
affligi nos sinit, ut ad animum redeamus, & mores nostros corrigamus.
Vbi autem nihil proficiunt temporalia illius flagella, necesse est ira semper
ternæ absque vlla misericordia sentiat: idque tanto durius, quanto maior
benignitas & clementia nobis prærogata est. Sic olim populum Isra-
litarum in idolatriæ crimen pronissimum crebris hostium incurfis, diuersis-
que morbis & calamitatibus premi sinebat: & quoties sese emendassent,
parebat oppressis. At vbi tandem in sua malitia perseverabant, obstinati
abiecit eos penitus: & ita vsque hodie electus ille populus profusus est a Ie-
rusalem à Deo, & vbiq; contemptui habetur. Timeant ergo quicumque flagel-
lis Dei non erudiuntur ad iustitiam, ne & ipsis similia eueniant. Iustus Do-
minus, & iustitias dilexit. Libenter parcit pœnitentibus, sed obduros per-
cutit acerbissime. Quod autem hic dicitur de terroribus & signis magnis fu-
turis de caelo, & nos itidem frequenter experti sumus, atque vtinam cum a-
liquo fructu nostro. Quicquid agat Deus, quantumuis terreat, quamlibet
diras intentet minas, nos semper iidem sumus: & sicut olim Hierosolymite
licet

Matth. 17.
Lucæ 17.

Psal. 125.

Tob. 3.

Electos suos
cur Deus in
mundo aff-
ligi permit-
tat.

Iudicum 10.

Psal. 10.

licet horrendas easque frequentes non multo post occisum Saluatorem cernerent visiones, plenas terroris & comminationis, nihilo secius corrigi noluerunt, donec per Romanorum exercitum deleri sunt & in seruitutem redacti ita & nos praefractis animis in eodem semper vitiorum luto haeremus, nec ad poenitentiam compungimur, quamuis dure castigati, donec furor Domini totum in nos sese effundat, mergatque nos in poenas sempiternas. Et quae potest maior esse infamia, quam re ipsa manifestam Dei iram in dies experiri, & tamen quasi nihil ad nos pertineat, animis dissolutis negligere ac floccipendere?

Sed ante haec omnia iniicient vobis manus suas & persequentur, tradentes in synagogas & custodias: trahentes ad reges, & praesides propter nomen meum.

Hic iam Dominus martyribus suis praedicat mala ipsis euentura. Atque haec innumeros propter Christi nomen perpeffos nouimus, idque tanto mentis vigore, tanta animi constantia, vt nullis vnquam modis potuerint à Christi confessione separari, imo verò haud secus ad ista, quam suauissimas epulas permultos properasse legimus, vtrique ob ingentem nominis Christi amorem, qui eos faciebat cuncta mortis discrimina omnigenosque cruciatus & persecutiones tyrannorum pro nihilo ducere vt Christum lacerarent. Operae pretium fuerit aedificationis causa vnum hic proferre exemplum viri nobilis ac illustris, nempe Gordij centurionis, de quo D. Basilus Magnus ad populum insignem habuit concionem, vbi inter caetera sic de eo ait: Tantum absuit, vt intentatas horreret poenas, vt eas vltro in se prouocaret, supplicijque moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus, membra frustrari cœdantur. Denique quodcumque volueritis de me supplicium sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quanto enim mihi plus tormentorum accesserit, tanto plus referam premiorum. Res enim in hac vita aduersae, nobis apud Deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille ac cicatrices patimur, in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumelia atque ignominia, palmas coronasque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradisi spacia lati vagabimur. Pro accusatione demum ac iniqua condemnatione, gloriam ex Deo & angelis referemus. Minæ vestrae mihi semina sunt diuina, vnde immortalitatem perpetuaque gaudia metam. Damnum pro seculo me facere videor, si saepe varijsq; modis extingui, varijsq; pro Christo pati supplicia nequeo. Haec ibi.

Basilus.
Gordius Centurio martyr
ardentissimus.

Eiusmodi verò in sanctis martyribus constantiam & suppliciorum contemptum fecit amor Christi. Cum enim scirent se non ob scelera sua, sed propter nomen Domini Iesu poenis affici, promptissima alacritate festinabant ad mortem, certi nimirum se, tamen breui volentes, nolentes, mori oportere. Si ergo illi id, quo nihil est homini charius, id est, vitam ipsam pro Christo, ne illum offenderent, perdidere, quanto nos magis viles debemus voluptates contemnere, ne contra Dei praecipua agamus?

Amor Christi
quantum in
santis mar-
tyribus fece-
rit tomen-
torum con-
temptum.

Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordi-

cordibus vestris non praemeditari, quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.

Persecutio
impiorum
quomodo
fuerit sanctis
in testimoni-
um.

Martyribus Christi impiorum persecutio fuit in testimonium eximia ac insuperabilis charitatis eorum erga Deum. Facile est enim confiteri Christum, vbi nihil inde periculi meruitur: sed si non possis absque vitæ & rerum omnium iactura Christi nomen profiteri, ac nihilominus libera voce & sincero corde veritatem profiteris, id sanè magni est amoris argumentum. Ita martyribus Christi inuicta animi fortitudo, quæ nullis potuit frangi tormentis, quo minus Christum confiterentur, cessit in virtuti testimonium, vt vel ex eo ipso certum testatumque habeamus haud vulgari eos Christum amore esse prosequutos. Fuit etiam eis in testimonium, quia ob Christi fidem persecutiones & mortem perferendo, martyres, id est, testes Christi effecti sunt. Et quia non sua, sed Christi causa hæc perferabant, securos eos voluit esse Dominus, monuitque ne anxie secum perquererent, quid hostibus responsi darent, pollicens se eis tantam præstiturum sapientiam & eloquentiam, cui nemo posset resistere. Vbi rursus maxima elucet Dei benignitas erga suos electos. Omnem eis aufert formidinis materiam, quando nec id eis curæ esse finit, quemadmodum respondeant aduersarijs, siue ethnicis, siue iudæis, siue hæreticis, vel alijs Dei ac iustitiæ inimicis. Atque id apertissimis pius Dominus argumentis sæpè declarauit, quando etiam planè idiotis, aut teneris virginibus tantam indidit sapientiam, vt nedum à nomine potuerint superari, sed etiam ab illis victi sunt, quotquot eis resisterent. De beato Stephano pro martyre apertè dicit scriptura, quod hostes eius non potuerint resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Beatus ille homo, quem Christus inhabitat, & tanquam instrumento quodam pro sua arbitrio voluntatis vtitur, loquens per eum, & efficiens omnia opera illius.

Act. 7.

Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit.

Tormentorum
genus maxi-
mum quod-
nam sit.

Id verò tormentorum genus omnium longè acerbissimum est, quod ab amicis & sanguinis affinitate coniunctis infertur. Hic enim natura vim quandam patitur, & cum dolore corporis etiam animi diros sentit cruciatus, dum ab ipsis, vt ita dicam, visceribus suis summa crudelitate torquetur. Propterea etiam ipse Dominus Iesus proditoris sui iniquitatem tanto ferebat grauius, quanto illum sibi magis habebat intimum ac familiare, & in Apostolorum numerum ascieuerat. Testatur hoc illa vox Psalmica persona Christi: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtrique. Tu verò homo vnanimus, dux meus & notus meus, &c. Itemque illa: Homo pacis mea in quo perit, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Sed hoc ipsum debet consolari omnes, qui à suis propinquis infestantur, quod norunt Do-

Psal. 54.

Psalm. 49.

minum suum ab singulari discipulo proditum, idque pro vilissimo precio. Quod autem hic Dominus addit: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, reuera impletum est, & hodieq; impletur. Si quis olim Christum esset confessus, haud secus quam blasphemus & execrabilis ubiq; tractabatur: & hodie qui Christi nomen vita & moribus expriment, id est, qui Christi vestigijs ingrediuntur, apud omnes ludibrio habentur, & multa mala ferre coguntur ab impijs & stolidis hominibus, hoc solo nomine, quod Dominum Iesum imitantur, quod eius nomen iuste & pie & sobrie vniendo sanctificare cupiunt. Verum sint bono animo, nec frangantur hominum vexationibus. Audiant promittentem Dominum, capillus de capite vestro non peribit. Scruerunt olim in sanctos martyres Pagani, Iudei, Hæretici, ac alij inimici Dei. Sed quantum obsecro nocuerunt illis? Corpus occiderunt. Atqui corpus ipsum in extremo die longè gloriosius, prorsusq; impassibile & immortale excitabitur, tanto maiori fructurum beatitudine & splendore ac decore, quanto hic durius & indignius tractatum est. Nihil ergo perit sanctis martyribus. Idemq; nihil poterunt nocere pijs persecutiones malorum, quandoquidem Dominus Deus omnia eis in summam mutabit gloriam.

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

Ergo si vel totus hic mundus, & omnes pariter dæmones in vnum aliquem insurgant, tantum sit patiens, & quicquid ab illis infertur, tranquillè & placidè ferat, & nullum omnino detrimentum patietur. Sed quamuis corpus fortè extingatur, ac penitus in cineres redigatur, tamen animam nemo illi eripere poterit, ob patientiæ meritum, quæ hominem efficit Dominum ac possessorem sui. Qui autem impatiens est, dupliciter miser est, quia & præsentia & futura mala perpeti cogitur.

SERMO IN LODEM FESTO.

De commendatione patientiæ, & quam vitanda sit impatientia, & de laudibus sanctorum martyrum.

In patientia vestra possidebitis animas vestras Luca XXI. In mundo hoc pressuram habebitis, ait Dominus discipulis suis. Et omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur, vtiq; ab impijs & dæmonibus, quibus pietas omnis crux est & tormentum. Necesse est igitur, vt quisquis instituit seruire & adherere Deo, stet iuxta Sapientis consilium, in timore, & non suis præfidat viribus, sed in Deo spem suam omnem reponat: acque ita præparet animam suam ad tentationem modo hanc, modo illam: quia donec corpus erit coniunctum animæ, & præstituta diuinitus vitæ huius spacia necdum absoluta fuerint, nunquam deerunt tentationes siue dæmonum, siue carnis, siue mundi: quas vincere non poterit, nisi aduersa omnia in Deo, & cum Deo, & propter Deum fortiter perferendo. Id autem præstat homini Patientiæ virtus, quam frustra quispiam sibi ex seipso pollicetur: quia donum Dei est, vt pulchrè ait Propheta Dauid: *Veruntamen Deo subiectus esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.* Ne quis sibi inaniter placeat, vanquam

Matth. 26.
Marc. 14.
Luce 22.
Ioan. 3.

Hodie quoq;
pios quosque
persecutione
pati ab impijs.
Titum 2.

Persecutiones malorum
vix nihil nocent pijs.
Deique amicis.

Impatientia
quanta mala
adferat secum.

Ioan. 16.
1. Timot. 3.

Eccle. 2.

Tentationes
omnes vincendi quis
solum modus
sit.
Psal. 61.

y suis

VI
22

Patentia vera quando sola sit.

Agor. 14. Virtutes veram quam felicem habentem efficiant.

Homerus.

Basilius.

Solonis sententia memorabilis.

Gregorius. Patientia quid sit.

Tristitia quam & corpori & animae nociva.

Patientiam primum quid.

suis viribus quicquam vel minimum possit perpeti secundum Deum & eius virtute. Quod idcirco addiderim, ne patientiam tribuamus duris, & soleratis, atque a Deo alienis hominibus: qui etsi ferunt quandoque corporis dolores, cetera quae molesta & aspera, non est tamen ea patientia vera, vix potest quae nunquam vera esse potest, nisi sit in causa iusta, atque Dei contemplatione & amore suscipiatur, & ab ipso Deo infundatur. Cum igitur ita, ut dictum est, nunquam nobis desint tentationes & molestiae, communitendum est animus patientiae clipeo, quo securus possit omnes tentationum ac impugnationum quarumlibet ictus & iacula excipere. Nam si patientia firmus defuituti, non potest fieri, ut ad caelestis patriam pertingamus beatitudinem, cum necesse sit per multas tribulationes nos introire in regnum Dei. Debet autem nos ad comparandam seruandamque patientiam ipse virtutis solador & dignitas excitare. Namque veris esse praeditum virtutibus, id sane incomparabile & inamissibile est thesaurus possidere. Cetera omnia, quae in humanis habentur, cum ipso homine occubente deficiunt: sola virtutum ternum perseverat.

Apud Homerum Ulysses cum è naufragio nudus euassisset, ac regine Phaeacium verecundus occurrisset, vestis loco virtutis ornamenta suscepit, qua re tantum effecit apud Phaeacenses omnes, ut contemptis illi voluptatibus, quibus plus nimio dediti fuerant, ad Ulyssis exemplum sese componerent, nihil quae se magis optarent, quam Ulysses esse, quamuis nudum & è naufragio seruatum. Ex quo id licet colligi, virtutem ante omnia colendam esse, quae nec naufragantem quidem deserat, sed etiam exteris & ignotis maxime reddat honoratum ac venerabilem. Vnde etiam illa est memorabilis Dni Basilij Magni sententia: Alia quidem omnia non magis possidentium, quam quorumlibet sunt, velut in talorum ludo huc illuc transposita. Virtus autem sola possessio immortalis atque immobilis, & viuenti & morienti permanens. Quo pertinet etiam illa Solonis ad diuites sententia. Nos nequaquam commutabimus cum virtute diuitias, quod virtus forma sit: diuitias verò alius alias ac aliter interdum habet. Ergo ut dixi, ad comparandam patientiam vel solus virtutis amor & decor inuitare nos debet. Est autem patientia, ut eam Dnus Gregorius Papa describit, aliena mala aequanimiter perpeti, & contra eum qui irrogat mala, nullo dolore commoveri. Potest & sic describi, quatenus est virtus infusa diuinis: Patientia virtus est, quae dolorem vel tristitiam animi moderatur, & aduersitatem, atque afflictionem omnem aequanimiter tolerat ob honorem Dei, & futuram beatitudinem. Solet enim ex rebus iniuris & contrariis quaedam nostri tristitia mala, nedum animae, sed & corpori vehementer perniciofa, hominemque ad omnes rationis actiones exequedas, ad contemplationem diuinorum, & ad virtutis studium reddens ineptum ac inhabilem, vitamque ipsam abrumpens, & corporis constitutionem perturbans. Hanc igitur usque adeo perniciosam sine passionem siue perturbationem. Patientia praefigat, id praestans homini ut ob amorem Dei & spem caelestis gloriae res aduersas magno ferat animo, nec praesentibus malis frangatur, quia diuina sunt, sed sese consoletur, quod diuturna esse non possint. Merces autem patientiae sempiterna & immensa est. Plurimam autem facit ad placidè ferendat.

das afflictiones, vt cogitemus eas nihil esse aliud, quam munuscula quædam & nuncios Omnipotentis Dei, quibus nos optat inuisere: & siquidem eas hilariter excipiamus, ipse vna aduenit, & totum se nobis ob sui amorem libenter aduersa ferentibus impendit, haud secus, quam in ipso venerabili Eucharistiæ sacramento. Testatur hoc Psalmista, dicens ex persona Dei: *Cum ipse nempe afflicto, sum in tribulatione: eripiam eum & glorifiabo eum*. Solent milites strenui quoad possunt ducis aut regis sui fortia facta imitari, & tanto se beatiores credere, quanto illi sint similiore. Et nos igitur vt Christi regi ac Imperatori nostro vticumque possumus conformes effici, libenter debemus dura & acerba pati. Talibus enim plena fuit omnis illius vita, & ab illo, quo in matris utero conceptus est puncto, vsque ad spiritus extremi in cruce exhalationem, nunquam vel ad momentum liber à doloribus fuit etiam immansissimis. Si cruciat afflictionis molestia (sumus enim homines corporis infirmitate circumdati, non angeli) consoletur certissimum diuinæ misericordiz auxilium, quod nunquam deest pro Deo patientibus, & doloris acerbicatem mitiget futuræ beatitudinis infinita dulcedo, vbi Deus absterget omnem lachrymam ab oculis nostris, & cessabit omnis luctus & dolor, læticiaque sempiterna perfruemur. Patiens perpessio vestis nuptialis fuit Domini Iesu, quando in crucis altari sanctam sibi despondit Ecclesiam, atque eadem veste omnem suam familiam iam inde à mundi exordio induit. Libenter enim sancti omnes quælibet dura & inuisa perpessi sunt, quando Dei Filium talia aut toleraturum, aut tolerasse perspexerunt. Quis enim audiat sub spinoso, id est, spinis transfixo capite delicias & molliem appetere? Quid verò admirationis habet, si puluis & cinis æquanimiter molesta ferat, quando Dominus maiestatis in ea, quam non aliqua sua necessitate, sed nostri amore suscepit, forma serui, nunquam voluit vel ad momentum esse liber à pœnis. Quod nimirum animas sanctas vehementissimè permouere solet, vt nolint vnquam saltem aliqua carere cruce, vt possint Domino suo vel vticumque conformes effici. Atque adeo ipsi Dominicæ passioni summo iure id omnis debet Christianus, vt sit patiens. Nam si patiens esse nolit, nimium se ingratum esse declarat erga Deum ac Dominum suum, qui ipse causa tanta passus est, quanta mens nulla capere potest. Quid autem foedius, quid detestabilius, quid Christiano homine indignius, quàm videre Deum turpissimam crucis mortem, non sua, sed hominis causa non modo libenter, sed etiam summo cum desiderio perpeti: & tamen nihil vel le sentire asperum, nihil inuicundum, nihil graue experiri: sed semper secundis blandientis fortunæ flatibus, ac prosperis successibus perfrui? Hoc nec est per arctam viam, & angustam portam ingredi? Multi adeo sunt ad omnem, quamuis leuissimam, iniuriam aut molestiam impatientes, vt nec verbulum vnum ferre velint: cum tamen ipsi alios sæpè dire affligant. Sed tales tam longè absunt à Christi similitudine, vt propemodum Christiani dici non debeant. Sicut autem libenter & moderatè ferre omnem iniuriam signum est hominis secundum animam benè constituti ac reformati, & qui priuatum amorè ac superbiam spiritum in seipso extinxerit: ita impatientie sanies ex pessimo philauticæ & elationis vlcere scaturit, hominemque & Deo, ac sanctis omnibus inuisum planèq; dissimilem, & cunctis quibuscumque viuit graue ac onerosum

Aduerfantes
vt sint mu-
nuscula quæ-
dam ac indi-
cia Dei erga
suos amicos
amoris.
Psalm. 90.

Christum à
conceptu in
matris utero
vsque ad cruce
mortem
semper dola-
sse ac pat-
sum fuisse.

Esaiæ 5.
Apocal. 21.
Nuptialis ve-
stis Christi vt
fuerit crucis
patiens per-
pessio.

Eccle. 10.

Patendi ad-
uersa quædam
sanctos per-
mouent.

Matth. 7.
Lucæ 13.

Impatientia
vnde præci-
pietur
habeat.

VI
22

rosam efficit. Qui enim impatiens est, facile vndecumque & ex quacunque occasione perturbatur, multisq; vanis, & falsis agitatur suspicionibus, & vix vnquam potest suaviter & comiter cum hominibus conuersari.

Impatientia
morbus qui-
nam curatur.

Ioan. 5.

Homini om-
ni ex suo pro-
pria volunta-
te proprium
quid.

Socratis pa-
tientia qua-
lis fuit.

Marth. 5.
Luc. 9.

Prover. 4.

Hebr. 3.

Rom. 8.

Luc. 14.

Qui si ab hoc morbo curari velit, discat semper propriam frangere voluntatem, & in omnibus licitis ac honestis non solum Dei, sed cunctorum etiam mortalium sese voluntati conformet & accommodet? Id verò non poterit nisi ex animo humilis esse conetur. Superbus enim aut omnino non potest, aut non nisi simulate potest sese alijs submittere. Qui autem filij Dei humilitatem amplectitur, is cum eodem dicit ex sententia: *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me.* Et sicut ille non modo Deo Patri, sed etiam virgini matri cunctisque hominibus quantum fas erat, morem gessit, ita & ipse nititur omnibus obtemperare, vbi id ratio dicitur, mausque semper alterius exequi, quam propriam voluntatem. Inde porro fit, ut semper summa pace gaudeat semper patiens, nunquam verò impatiens sit. Cum enim voluntatem suam diuinæ ac hominum submiserit voluntati, nihil potest aduersum vel molestum experiri, quia quicquid ipsi eueniat tanquam ex diuina voluntate profectum suscipit, cui se totum conformauit. Ecce reuera nihil dulcius, nihil rucius, nihil iucundius, quam ita in omnibus diuinæ esse conformem voluntati. Id namque inconcussam præstat patientiam. Sed quid mirum, si Christiani homines, quibus certa est æternæ beatitudinis proposita spes, placidè & leniter ferant aspera quæque, quando multos veræ religionis ignaros legimus patientissimos fuisse? Socrates philosophus icu calcis à quodam percussus, patienter tulit. Quod cum alij agerent, monerentque, ut se vlceretur, ait: Si meus me alius percussisset, num in quadrupedem recalcitare deberem? Eiusdem Socratis faciem cum quidam vehementi impetu caderet, nihil commotus Philosophus, furentem debacchari & iram sariare permisit, donec totus ex plagis in tumesceret. Impleuit nimirum ethnicus ille, quod Dominus in Euangelio ait: *Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe illi & alteram.* Possent & alia plura adferri exempla, sed nihil opus est. Pudeat ergo Christianos nihil velle perpeti, quando ad tolerandas iniurias fortes fuere homines à Deo altem. *Qui impatiens est* ait Salomon, *exaltat stultitiam suam.* Nihil enim stultius, nihil tam à ratione & omni prudentia remotum, quam impatienter ferre aduersa, cum tamen ferre necesse sit: Siquidem & aduersitas eo ipso fit acerbius, & præterquam quod præmiū omne amittitur, etiã poena sempiterna cumulat. Multum autem quauis molestas aduersitates mitigat animi voluntaria permissio: sicut etiã minimas afflictiones animus obmurmurans & recalcitrans vehementer exaggerat. Itaque martyres sancti, ut se veros Christi sectatores, & strenuos milites probarent, promptissimo animi feruore, & insuperabili mentis fortitudine quicquid humana crudelitas intelligere poterat pertulere, fidelibus oculis aspicientes in autorem fidei & consummatorum Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Ne putabant condignas esse passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, quando videbant oportuisse pati etiã ipsam Dominum Iesum, & ita intrare in gloriam suam. Non enim minimum ad tolerandum fortiter aduer-

aduersitates temporarias adiuumentum est Dominum Iesum contēplari tam indigna, tam varia, tam horrenda, tam prorsus inhumana supplicia patientem. Quod non ignorant sancti martyres, vt sua mitius ferrent vulnera, Christi vulnera attentissimis cordibus intuebantur, atque inde sugebant vires & robur sufficiens ad omnes hostium afflictiones tolerandas. Versabantur nimirum tota deuotione in vulneribus Christi, & iugi meditatione in illis demorabantur: atque inde illis martyrij tolerantia, inde illis magna fiducia apud altissimum. Hoc enim & ipse Dominus pro nobis in cruce toto corpore vulneratus optat, hoc experit, hoc efflagitat, vt dum illius conspiciamus vulnera, animis erigamur, & ad tolerandum fortiores reddamur. Non enim sentiet sua, quisquis Christi vulnera fideliter intuebitur. Vnde etiam D. Bernardus ait: Stet martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore, & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum ē carne sua, circumspicit ebullire cruorē. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in turo, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus scrutāta, ferrum profecto sentiret, dolorem non ferret, succumberet & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petrae duruerit? Sed neque hoc mirum, si exul a corpore, dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor, sed amor, submittitur enim sensus, non amittitur. Nec est dolor sed speratur, sed contemnitur. Ergo ex petra martyris fortitudo: inde plane potens ad bibendum calicem Domini. Hac Bernardus.

Est & aliud, quod non vulgariter sanctos martyres inter ipsa tormēta animabat, & consolabatur, spes certa futurae beatitudinis, ad quam se nominat tanto gloriosius & felicius euolaturus, quanto exquisitiora pro Christo supplicia paterentur. Et nos dilectissimi in his inuictos illos regis aeterni athletas imitari debemus, vt inter aduersos labentis vitæ casus, tum Christi patientis, tum promissæ nobis beatitudinis cōtemplatione animos nostros cōfirmemus. Ecce beatos prædicamus, & tota vbiq̄ sancta Ecclesia colit ac veneratur eos, qui pro Christi amore passi sunt. Vbiq̄ vox laudis, vox congratulationis, vox gratiarum actionis resonat, lætāq̄ hodie psallit Ecclesia, nūtians omnes nos ad cantica laudis, & ad commemoranda pijs & iucundis animis martyrum certamina, coronas & victorias. Sanctorum, inquit, in hymno quodam, meritis inelyta gaudia pangamus socij, g' staque fortis. Nam gliscit animus romere cantibus victorum genus optimum. Hi sunt quos rectius mundus inhorruit: ipsum nam sterili flore per aridū spreuerunt penitus, reque secuti sunt rex Christe bone cælitus. Hi pro te furias atque ferocia calcarunt hominum s'uaq̄ verbera. Cessit his lacerans fortiter vngula, nec carpsit penetrantia. Cæduntur gladijs more hidantium. Non murmur resonat, nec querimonia: sed corde tacito, mens bene confesa, cōseruat patientiam. Quæ vox, quæ poterit lingua retexere, quæ tu martyrib' munera præparas? Rubri nam fluido sanguine, laureis ditantur bene fulgidis. De his fortissimis martyribus quodam sermone scribit B. Leo Papa in hunc modum: Cūm omnium dilectissimi summa virtutum, & totius plenuo iustitia, de illo amore nascatur, quo Deus proximosq̄ diligitur: in

Martyres
Christi vnde
hauserint tu-
am inuictam
tolerantiā in
pœnis.

Bernardus.

Fortitudo
martyri in-
superabilis
vix Christi
vulneribus
& passione.

Martyrum
Christi triū-
phos quanta
celebritate
veneratur Ec-
clesia Ca-
tholica.

Leo Papa.

Ex triūphis
sanctorum
martyrum
quid dicere
quique de-
beat ad imi-
tandum.

1. Cor. 10.

nullis profecto hic amor sublimius excellere, clariusq; fulgere, quam in be-
atissimis martyribus inuenitur: qui Domino nostro Iesu Christo pro om-
nibus hominibus mortuo, tam propinqui sunt imitatione charitatis, quam
similitudine passionis. Et paulò post: Ad erudiendum Dei populum, nullo-
rum est utilior forma, quam martyrum. Sit eloquentia facilis ad exhor-
tandum, sit ratio efficax ad suadendum: validiora tamen sunt exempla,
quam verba: & plenius est opere docere, quam voce. Hæc ille. Ergo charis-
simi, gaudeamus in Domino, & laudes gratesq; illi agamus, quod charis-
simum & robur indidit, ut vincerent, & victores gloriosissime coronauit.
Discamus illorum exemplis mitissima lenitate ob amorem Christi pro no-
bis in cruce mortui, & futuræ gloriæ beatitudinem aspera quæque perpe-
ti, ut & Christo compatiatur morienti, & cum illo semper regnemus in cae-
lis coronati. Impatientiæ impetus quoad possumus freno timoris Dei co-
hibeamus, ne & meritum perdamus quod præstatur æquanimiter patien-
tibus, & penas æternas incurramus. Adest omnibus nobis certissimum di-
uinæ gratiæ auxilium, & sicut fidelis Deus non parietur nos tentari supra id
quod possumus, ita bonæ voluntatis studium adhibentibus ipse præsto er-
rit, eripietque ex malis omnibus, & in suum translatos regnum, immen-
sis donabit gaudijs, Iesus Christus, spes & corona. pro se certantium, qui
cum Patre & Spiritu sancto uiuit Deus: per omnia secula seculorum,
Amen.

IN FESTO B. AGNETIS VIRGINIS ET
martyris Epistola B. Pauli Apostoli, secunda ad
Corinthios X. & XI.

2. Cor. 1.

Patres, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui se-
ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.
Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & sup-
pate me. Emulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vobis
vni viro virginem castam exhibere Christo.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Gloriandi
verus modus
quis sit.

Laudandi re-
gula vera
qua sit.

Quomodo in potestate Euangelicæ prædicationis à Deo accepta, quo-
modo in dono Dei quouis alio sit gloriandum si quis gloriari ve-
lit, docet hic Apostolus, dicens: Qui gloriatur in aliquo dono aut
gratia sibi data in eo, cuius est gratia hæc aut donum, non in se, à quo, præ-
ter peccatum, nihil habet, gloriatur. Neque enim fieri potest ut is, qui sua
gloriam querit, in Domino gloriatur. Quod enim sibi usurpat, hoc non
potest tribuere Deo. Et qui seipsum comendat aut spectabilem cupit reddi in
hoc, quod opus Dei facit, puta, docens, prædicans, aut potestatem Euangeli-
cam à Deo sibi collatam exercens, non est probatus, seu iustus habitus coram
Deo & prudentibus viris, sed quem Deus comendat testimonio miraculo-
rum gratiaq; sanctæ conuersationis. Illam autem comendat, approbat aut
dignum iudicat, quem ut donum à se acceptum prædicet, mittit. Est autem re-
gula laudandi, ut nemo seipsum (quod insipientiæ est) laudet, sed laudetur ab
alio